Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8337
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Salomon in proverbiis ca. xv. iii. Abhominatio domini est omnis
illusor. Illusores dominus deludet. Idem viii. ca. Qui
erudit delusores ipse sibi iniuriam facit. Noli argu-
ere derisorem ne oderit te.
Cronica de nugis philosophorum. ca. xxiiii. s. de Bione.
Bion probabat non esse vituperandum senium quod
cum optamus attingere.
Isocrates in exortationibus. ca. iii. Supereos extima
Communis est fortuna et futurum incertum.
Iuvenalis libro primo satyra iii.
Loripedem rectus derideat. Ethiope albus
nil habet infelix paupertas durius in se
Quam quod ridiculos homines facit.
Marcialis cocus libro undique suscripto ca. primo
Invidus irrisor cecidino crimine gaudet.
Et semel irrisum terque quaterque cupit.
Idem ca. ii.
Derides alios non derisus abibis.
Non alios rides scævola non faties.
Si rides alium vel si derideris utrumque
Culpa est autem prius turpe sapientie magis.
Ridemus claudum dum rectum videt alexi.
Ridemus risum de sapiente tuum.
Cato ca. primo. Neminem riseris. Visum noli irri-
dere
Idem ca. v. et fi.
Tu sapias quo noli irridere senectum.
Iohannes solobriensis anglicus in policratone lib.
primo. Demetrio regi in obprobrium puerilis levita-
tis tallium rex a rege parthorum datum sunt. Eo
siquidem munere exornanda visa est adolescentia
senilis que in maiestate regia levia committere
minime verebatur.
Iacobus benevetanus ca. xiii.
Risor derisus quilibet esse solet.
Riccardus iudex venusinus libro de pertracta-
tione nuptiarum. ca. xxxvii.
Illudens alios sicque delusus abit.
Proverbium vulgare. Tignoso sta in pote, et
di tutti si fa sope. Chi a el male a le beffe.

De terribilitate et metu. capitulum. viii.

Salomon in proverbiis. ca. xv. Sevicia metus quasi
ruge invicium
Idem xx. ca. Sicut rugitus leonis. Ita et
terror regis. Qui provocat eum peccat in
animam suam.
Cronica de nugis philosophorum. ca. iiii. s. de Chilone.
Chilo lacedomonius qui fuit unus de septem
sapientibus iubebat mansuetum esse ut proximi revere-
antur magis quam timeant.
Aristoteles Ethy. libro iii. ca. vii. Terribilissimum
est mors. Idem pollitticorum libro v. ca. iii. Con-
gregat separatissimos communis timor.
Therentius in adelphis. ca. iii. pudore et liber-
alitate liberos retinere sanctius esse credo
quam metu. Cuius ipsum credat gravius aut stabi-
lius quod fit quam illud quod amicitia coniungitur.
Male coactus qui suum officium facit. Dum id
scitum iri credit tantisper cavet si sperat fore
tantisper rursum ad ingenium redit ille. Quod bene-
ficio adiungas ex animo facit. Studet par refer-
re presens absensque idem erit. Hoc patrum est
potius consuefacere facere filium sua sponte recte
facere quam alieno metu.
Tullius philippicorum libro primo. Metui et ob id
odio esse, invidiosum est, detestabile, imbecillum
caducum.
Ovidius de fastis libro iiii.
Servitur terrore quies.
Seneca tragediarum in hercule furente. ca. iii.
Opprimit leges timor.
Idem in Octavia ca. x.
Decet timere Cesarem. At plus diligi.
Idem epistolarum ad lucillum. libro xvii. epistola v.
Timeri tam domini quam foris molestum est. tam
a servis quam a liberis. Nemo potest terribilis
esse secure. Idem de ira libro ii. periculosius
est timeri quam despici. Necesse est ut multos tim-
eat quem multi timent.
Lex. ff. ti. quod metus. ca. l. i. Metus est insta-
ntis vel futuri periculi mortis trepidatio.
Macrobius saturnalium libro vii. ca. vii. Colat
te servus tuus potius quam timeat. Qui colitur etiam
amatur. Nemo potest amorem cum timore miscere.
Idem xvii. ca. Necesse est ut multos timeat quem
multi timent.
Cassiodorus epistolarum libro. epistola v. Solus me-
tus cohibet hos quos fides promissa non re-
tinet.
Claudianus libro primo.
Non odium terrore moves.
Gregorius in pastorali. ca. xxxvii. Bona per se
amanda sunt et non penis compellentibus exequen-
da. Nam qui propterea bona facit quia tormentorum
mala metuit vult non esse quod metuat, ut au-
dacter illicita ipse committat.